



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant**

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

**Marius <Mercator>**

**Parisiis, 1673**

VI. Synodus, Quae Prima Universalis Totius Aegypti, iisdem consulibus, eodemque anno, sub initium mensis Athir secundum Aegyptios.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14215**

ad Joannem Antiochenum, & a pari ad Juvenalem Hierosolymitanum, Rufum Thessalonicensem, & Flavianum Philippopolitanum, vt in defensione fidei constanter cum sede apostolica adlaborarent. Etsi vero nomen summi Pontificis omnes praeferunt; si tamen Cyrillo credimus, tres posteriores ad synodum pertinent, prima, quae ad Cyrillum est, ad Celestinum synodi praesidem: illae enim hortationem continent, & sententiae significationem, quae partes synodis ista potestatis traditionem, quod jus apostolicum.

postremae, quae etsi a synodo sunt, Celestini tamen nomina scribuntur. Similiter quod ait volumine habitum ab eodem Pontifice descriptum, Orientisque & Occidentis Ecclesis datum, eadem epistolas intelligit, ad Joannem & Juvenalem Cyrillumque Orientis, ad Rufum & Flavianum Occidentis episcopos missas. Denique definitio fidei, qua duabus in Christo manentibus naturis, vna filii Dei credenda sit persona, forte aliud nihil fuit, praeter damnationem Nestorii contrarium sententis. Unde Gennadius subiunxit: Hinc sententia supradictus Nestor ostensus est esse contrarium.

Illustratus Gennadius loco mox citato.

Gennadius dictis fidem facit, & simul lucem dat & accipit: quae enim decreta synodi a Celestino dictata scribit, illae ipse sunt epistolae tres

V. SYNODUS, QUAE PRIMA CONSTANTINOPOLITANA, A NESTORIO COACTA,

iusdem consulibus, eodemque anno, autumni tempore.

Obscurior synodus videtur innotescit.

**P**EROSCURA est huiusce synodi memoria: neque enim innotescit aliunde, quam ex literis Nestorii ad Cyrillum, quae vulgo secundae appellantur, etsi revera sint tertiae. Bene autem facis eorum, qui de nobis offenduntur, curam gerere, & de his sollicitudinem habere, quae apud nos sunt. Vnanimi tui gratiam habeo; sciro autem, seductum esse te ab his, qui a sancto concilio depositi sunt, propter quod morbo Manicheorum estis repleti: aut quod potissimum est, a clericis magis affectionis tuae.

De concilio Nestorii plura diximus in notis ad ipsas Nestorii literas, quae vt describere superius dictum est, ita relegisse proderit: continent enim non pauca ad historiam synodorum pertinentia, atque rei admodum obscurae, de anathemate in gratiam Pelagianorum dicto, lucem afferunt.

Ex hoc vero datam Nestorii ad Cyrillum epistolam, nemo inficiatus fuerit, qui & allata epistolae verba perpenderit, & meminere moris antiqui, de non scribendis dogmaticis epistolis, nisi in synodo.

VI. SYNODUS,

QUAE PRIMA UNIVERSALIS TOTIUS AEGYPTI,

iusdem consulibus, eodemque anno, sub initium mensis Athir secundum Aegyptios.

Qua octavo collecta synodus.



**A**LTI per Possidonium ex Occidente literis, ipsum Cyrillus continuo in Orientem misit, qui deferret synodicas Celestini ad Juvenalem Hierosolymitanum & Joannem Antiochenum: interim coegit synodum, quae a nonnullis Alexandrina dicitur ab vrbe, in qua conventum est; ab aliis, & quidem rectius, Aegyptiaca, quia totius dicecisis Aegypti Episcopi vocati sunt: quanquam vix credibile sit, vocatos fuisse ex Aegypto inferiori, vt postea dicemus.

Habita est autem sub finem Octobris, quo tempore incipit mensis Athir, aut etiam initio Novembris: siquidem synodica inde ad Nestorium missa die tertia Novembris consignatur, quae fuit feria secunda, atque adeo initium synodi, cum vix vlla synodus olim incepta reperitur, nisi feria secunda. Neque vero potuit haberi tardius, siquidem ex ea missi quatuor Episcopi, & Constantinopoli extiterint, & Nestorio synodicam reddiderint, die 7. Decembris, quae fuit Dominica. Non potuit etiam citius, quandoquidem Possidonius Roma non discessit, ante diem vndecimam Augusti, qua consignatur omnes Celestini literae ab eo allatae, opusque fuit duobus saltem mensibus, vt & Possidonius Alexandriam Roma veniret, & Episcopi per tractoriam vocati ex universa dicecesi, Alexandriam convenirent.

Quando habita.

Convocacionis causa aperta est, acceptae scilicet

Propter quod negotium.

Vu

IS

confix ad Patrem... cum Ambrosio... simulque presertim doctoribus, approbata est; & de hinc... anathema... erroris sententia... a denunciationse... mium sede, sed... trect.

Aperte cognoscitur... nisi de Christi... Romana & Alex... Ecclesia, sicut... ad te usque... synodo Nicena... ratem, qua hoc... is, miseris legamo... inavertentis... undam de p... sione damnato... vel se catholica... quacumque so... idendum.

uendis in com... ecclesia proprie... ive clerici, live... eclaratum, eos... stolicæ sejin... Nestoro, cum... tum Consti... omunicaret... videatur va... m sententiam de... si auctoritas... i, seu profess... orio vel eius... sperant, vel... vel dejectum, omnes in ne... usque perdu... vere poterat.

aritentur ef... demandavit... vandandam, man... are Ecclesie... id nonnullis... umenticum. Quamobrem... que vice & gratia... sique exqui... mpe vt nisi... ra admem... doctrinam... camque de... n posternum... ana & tua... que religio... illi Eccle... se a nostris... qui omnem... istar pesti... pus insano... eros omnes... rapicitate

solae, vna Scrip... tentiam, alia... m. Allecta... e re tota... ur. Tertia... ad

et a Romana synodo literæ, Pontificis mandatum, negotiumque molestum juxta & operosum; ex quo siquidem penderet, non sola Ecclesiarum tranquillitas, sed etiam fidei laborantis firmitas, quoque vrbis regie antistes Imperatori carissimus, aut cogendus esset revocare, quæ docuerat; aut de sede pellendus, ad quam a Theodosio, faventibus annitentibusque aulicis, evectus esset.

Quibus ex Episcopis.

Qui convenerint, quoque numero, definiti non potest, cum nulla fere mentio synodi fiat, præterquam in literis tribus Cyrilli inde missis: atque vna Nestorii ad Celestinum hæreticum. Non incredibiliter tamen quispiam suspicetur, plures eorum, qui cum Cyrillo Ephelum accesserunt, ei quoque concilio interfuisse: nam par est opinari a Cyrillo doctissimos quoque suæ diocesis, & Alexandriam evocatos, & Ephelum adductos esse: adducti sunt vero Ephelum quinquaginta, ut est in relatione Orientium ad Imperatorem per Palladium missa. Quod si hæc suspicio non contemnatur, ut revera non debet, consequens est, ut ad Ægyptiam synodum, vel soli, vel maximam partem, Episcopi civitatum inferioris Ægypti coacti dicantur: inde enim Ephelum plurimi, si non omnes, venerunt; quod facile advertet, qui Ptolemaicas tabulas, cum subscriptionibus Ephelanicis contulerit.

Decreta legatio executorum quatuor Episcoporum.

Decreta est legatio quatuor Episcoporum, qui Constantinopolim profecti synodicas Romanas & Ægyptias deferrent Nestorio, ceteroque Constantinopolitano, & Archimandritis. Legati sunt Theopemptus Cabaforum, Daniel Darnensium, Potamion & Macarius episcopi.

Disputatio cum Baronio de quatuor Episcopis.

Nescio quid cause habuerit illustrissimus annalium scriptor, cur duos posteriores in ordinem redegerit, feceritque Ecclesie Alexandrinæ presbyteros. Repugnant enim ejusmodi facti Petri primicerii notatiorum verba: *Verum ea etiam qua sanctissimus piissimusque Alexandrinæ Ecclesie episcopus Cyrillus, & universa Ægypti synodus per Theopemptum & Danielem & Potamionem & Macarium religiosissimos episcopos ad eundem destinaverant, &c.* Repugnant & ista Cyrilli inscribentis literas, quas, post depositum Nestorium, Constantinopolim misit: *Cyrillus archiepiscopus Alexandrinus Macario & Potamioni episcopis, & domino Dalmatio monasteriorum archimandrita, &c.*

Ibidem. ad. 1. conc. Ephes.

Consuetudo citandi Episcopos majorum sedium per tres aut quatuor Episcopos.

Repugnat denique antiqua consuetudo conveniendi Antistites majorum sedium, siquando vocandi essent ad judicium, per tres saltem Episcopos. Sic Nestorium ad synodum œcumenicam vocarunt; primo, Hermogenes Rhinocorurum, Athanasius Paralia, Petrus Parembolarum, Paulus Lampæ, episcopi. Secundo, Theopemptus Cabaforum, Theodulus Helusæ, Anderius Cheroneæ Cretæ, episcopi. Tertio, Joannes Haphæsti, Anysius Thebarum, Dominus Opantis Helladæ, Daniel Darnensium, episcopi.

Ibidem. ad. 1.

Sic Joannem Antiochenum primo, Archelaus Myndi Carie, Paulus Lampæ, & Petrus Parembolarum Palæstinæ. Secundo, Timotheus Termesi, Eustasius Docimii, Eudoxius Chomatis Lyciæ, episcopi. Tertio, Daniel Colonix, Commodus Tripolis Lydiæ, & Timotheus Termæ Helleponti, cum Mufonio notario, citarunt.

Conc. Calched. ad. 1.

Sic Diocorum primo, Constantinus Bostrensis, Acacius Ariathirensis, & Atticus Zelenis, cum Himerio lectore & notario. Secundo, Pergamius Antiochiæ Pisidiæ, Cæropius Sebastopolitanus, Rufinus Samofatenus, cum Hypatio notario. Tertio Francion Philippopolitanus, Lu-

cianus Byzenis, & Joannes Germanicæ, cum Palladio diacono & notatio, vocarunt ad synodum Calchedonensem.

Ista porro consuetudo originem accepisse videtur ex eo, quod Christus dixit: *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.* Et Apostolus: *Adversus presbyterum accusationem non recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Voluit enim Ecclesia in judicio, quod de Episcopis exerceret, quam maximum potuit discipline rigorem tenere.

Missi quatuor legati Constantinopolim appulerunt, ante diem octavam Decembris: ea enim ipsa die, post peractam synaxim, coram frequentero & illustrium multitudine, Nestorio literas reddiderunt: egerunt illæ quidem Nestorium fere in furorem; caruerunt tamen successu, propter indictam synodum generalem, jam inde a die 19. Novembris, prohibitionemque Imperatoris, ne quid, ante definitionem synodi, a quoquam innovaretur.

E legatis duo, Macarius & Potamion, Constantinopoli remanserunt, ad res pro opportunitate gerendas, consilio tamen Dalmatii archimandritæ viri sanctissimi: reliqui duo, Theopemptus & Daniel, Alexandriam redierunt, tempestuosus hæc maris, ut ad synodum, quæ ante quadragesimam habenda erat, de sua legatione referrent, Cyrillum suoque consilio, super accepta Imperatoris sacra, sive privata, sive tractoria, jurentur; nam aule statum, vrbisque affectionem, & Nestorii res viderant per se ipsi, & ab aliis Cyrillo addictis, probe didicerant.

Exemplum synodice vulgatum, publicatque anathematismi, quos in vrbis regia motus fecerint, diximus, non tantum in præfatione historica, & ad initium libri secundi, sed aliis etiam pluribus locis: quod autem ibidem promissimus de anathematismis, seu capitibus duodecim, nos observatos quædam ad historiam pertinentia, tempus est exolvere. Nam de epistola, cui subjuncta sunt, nihil dicendum est, præterquam quæ in notis ad ipsam attulimus, & istud breviter, in ea Cyrillum non suo nomine, sed totius diocesis loqui.

De anathematismis igitur hæc habere dicere, ubi & quando compositi sint; quanto artificio, quibus Nestorii dictis repugnent; quibus sententiis præcedentium Patrum consonent; quos habuerint adversantes, quosque aliquando patronos; quem primum interpretem Latinum, & si quæ alia occurrant.

Et primo quidem, de tempore & loco questionem faciunt verba, tum Celestini, tum Mercatoris: ille enim memorat fidem, quam modo Alexandrinæ Ecclesie, modo Cyrilli vocat, quamque & ipse probaverit, & Nestorio tenendam præscribat. Scribit iste, Cyrilli capita v. r. *judicio a Romana Ecclesia approbata esse.* Quæritur ergo, cujusmodi fuerit verum istud judicium, cujus meminit Mercator; & quæ illa fides Alexandrinæ Ecclesie sacerdotis, de qua loquitur Pontifex.

Certum vero est, de nomine judicii ab Ecclesia Romana exerciti; significari synodum, in qua Cyrilli capita, & diligenter examinata fuerint; & solenniter probata. Hæc autem synodus dici debet habita ante Ephesinam œcumenicam, ante quam nempe Mercator adversus Nestorii anathematismos scripsit.

Certum pariter, fidem, cujus meminit Pontifex, probatam fuisse, priusquam scriberetur ad Nestorium. Cum ergo ad ipsam scriptum sit ex

Unde orta. Math. 18. v. 16. 1. Tim. 3. v. 19.

Quo tempore legati Constantinopoli appuli.

Duo ibidem remanserunt, redierunt alii continuo Alexandriam.

Quid vulgata synodica cum anathematismis esserit in vrbis regia.

Quæ observanda de anathematismis.

Ubi & quando compositi.

In titulo refutationis anathematismi Nestorii.

secunda synodo Romana, fides illa dici debet Alexandriae composita, ante secundam synodum Romanam, & inde per Possidonium diaconum in urbem allata, atque ita pertinere ad secundam synodum Alexandrinam.

Epist. 3. ad Nestor.

Quaestio igitur est, an fides illa sit eadem cum anathematismo, an alia aliqua. Opinabar esse anathematismos, cum praefato ad secundum librum sub praelo effecti; re autem diligentius perpen- sata, differre perpexi, aliudque nihil esse praeter confessionem fidei, quae in secunda Cyrilli epistola ad Nestorium, a numero v. ad xiv. continetur: haec enim Alexandriae Ecclesiae, ipsiusque Cyrilli recte dicitur, cum in synodo Alexandria, Cyrillo praesidente, confecta sit: haec Romam per Possidonium delata est, cum mutuis Cyrilli & Nestorii literis: haec in secunda Romana synodo approbata est: haec ab anathematismo in nulla parte discrepat, praeterquam quod de Pontificis nostri divinitate, & carne Christi vivifica in anathematismo dicitur, in epistola nihil: & anathematismi proprie antirhetici sunt, fides absoluta quaedam professio.

Atque ea mihi videtur causa, cur capita Cyrilli Mercator ab Ecclesia Romana vero iudicio approbata dixerit, tunc nempe cum fides approbata est. Cur summus Pontifex hanc, modo Alexandriae Ecclesiae, modo Praesulis dixerit, scripta enim est in synodo, cui Cyrillus praesideret. Cur denique Aegyptii Patres Nestorio scripserint: *Epistolis autem ab Alexandrina tua religioni directis Ecclesia, consensum praebuit. tam ea quae apud urbem Romanam convenit sancta synodus, quam etiam nos omnes, velut recte irreprehensibiliterque conscripsit*: in epistolis enim continebatur fides, cui se quoque consentire significant.

His autem ita constitutis, apparet anathematismos Alexandriae in aliqua synodo fuisse confectos; sed in particulari secunda, quasi conceptos anno 430. mense Mechir; in universali Aegyptiaca, eodem anno, mense Athir editos. Ita Mercatoris verba, de quibus agitur, intelligenda sunt, ut veritati consonent: neque enim credibile est, titulum alio post tempore suppositum fuisse, cum ad invidiam Nestorii non mediocriter conducatur, eum contradixisse capitibus, quae vero iudicio Ecclesiae Romanae approbasset.

Jam vero anathematismos admirabili quadam arte, & methodo quasi geometrica, qua nihil exactius, confectos esse, ex eo liquet, quod primo theorema probandum, tum probandi principium & duo lemmata, denique corollaria novem contineant.

Quaestio erat, an Emmanuel, cujus meminit Ilias, quemque omnis Ecclesia adversus Judaeos CHRISTUM JESUM interpretatur, vere Deus sit, materque Emmanuelis vere Deipara. Respondet *anathem.* 1. Cyrillus, Emmanuelem vere esse Deum, & matrem Emmanuelis vere esse Deiparam: illudque statuit quasi theorema demonstrandum, simulque demonstrandi principium ponit omnium firmissimum, dictum Evangelistae: *Verbum caro factum est*. Deinde lemma primum conficit, naturas esse *substantiam* unitas, Christumque esse unum, eundemque Deum & hominem, *anathem.* 2. mox alterum concludit, naturas non esse conjunctas sola *personae*, id est, unione morali, *anathem.* 3.

Demonstrationem ex lemmatis non informat, cum tamen facile sit: id enim non patitur lex anathematismorum; sed continuo novem confectaria colligit.

Corollarium primum, ea quae de Christo dicuntur, non ita esse particenda, ut alia soli homini, alia soli Deo, & non omnia vni eidemque tribuantur. 4. *anathem.*

Secundum, Christum non esse Dei, sed Deum ipsum: obliquus enim ille casus, ut relationem, sic distinctionem significat. 5. *anathem.*

Tertium, Verbum non esse hominis, verbi gratia, dominum, &c. sed ipsamet hominem. 6. *anathem.*

Quartum, reverentiam non deberi Christo, eo tantum nomine, quod in ipso Verbum operetur, ipsique dignitatem, ut alteri a se, communicet. 7. *anathem.*

Quintum, Christum non alia ratione adorari, quam Deum ipsum. 8. *anathem.*

Sextum, non alia virtute operatum miracula, quam qua Deus. 9. *anathem.*

Septimum, pontificem confessionis nostrae vere esse Verbum, nec pro se obulisse sacrificium, sed pro nobis tantum. 10. *anathem.*

Octavum, carnem pro nobis oblatam eo esse vivificam, quod est caro propria Verbi, id est, vitae essentialis. 11. *anathem.*

Nonum denique, Verbum vere passum esse sua carne, Christumque sua virtute surrexisse a mortuis. 12. *anathem.*

Animadvertite porro, tota novem confectaria in duobus astruendis esse posita. unitate Christi, & redemptione hominum. Cum enim triplex sit unitas, suppositi, dignitatis, & operationis: primo & secundo confectario unitas suppositi: tertio & quarto, unitas dignitatis & cultus: quinto & sexto, unitas operationis & virtutis conficitur. Cumque tres quoque sint partes redemptionis, sanctificatio animae, vivificatio corporis, & satisfactio pro peccatis: prima septimo confectario, in quo de sacerdotio Christi; altera octavo, ubi de carne vivifica, & Eucharistia vi; tertia nono, ubi de morte Dei passi in carne agitur, adversus contradicentes asseritur.

Aliam artem adhibuit Cyrillus, qua fecit, ut non omnia tantum capita toti doctrinae Nestorii, sed singula singulis partibus pugnarent: opposuit enim theorema theoremati, & confectaria confectariis, eaque fuit ingeniosi hominis industria, perturbatam adversarii sparsamque per partes sententiam in ordinem redigere, ut simul exquisita methodo, & dogma catholicum traderetur, & erroris singulae partes expellerentur. Id aperte cuilibet constabit, si modo Nestorii error ordine representatus fuerit, atque indicati operum loci, quibus unaquaeque sententia seu pars erroris continetur.

Verum id egregie demonstravit Cyrillus, tum in synodicae parte, quam negativam jure dixerim, qua nempe negat a catholicis dici, quae Nestorius assereret: tum in defensione anathematismorum, ubi singulorum necessitatem caufatur: tum denique in admirabili illo dialogo, quod *opus sit Christus*, in quo dux inclutus, quasi colligens vires adversus reliquias Nestorii, artis vincendi specimen dare voluit, & cum brevi moriturus esset, trophaeum sibi immortale erigere.

Tertia quoque arte usus est admirabilis defensor fidei: anathematismos suos aliud nihil esse voluit, quam Patrum sententias, sed velut in fulmina constatas. Adhibuit igitur testimonia Patrum decem, ex quibus Latini quatuor, Julius Felix, Cyprianus, & Ambrosius; tres Aegyptii, Petrus, Athanasius, Theophilus; Graeci toudem, V u ij

Observatio de confectariis positis, in unitate Christi, & redemptione hominum.

Repugnant singulis partibus Nestoriani dogmatis.

Quibus Patrum sententias consonant.

IS  
formantur, qui  
ocurrunt ad syno-  
nem accepisse in  
te: In ore dicitur  
bam. Et Apostolus  
ationem nisi re-  
te fides. Voluit  
e Episcopis ex-  
ciplinam rigorem  
inopolim appo-  
mbis: ea enim  
coram frequen-  
Nestorio in-  
quidem Nesto-  
tamen successu,  
alem: jam inde  
nemque Impe-  
nem synodi, a  
mon, Constanti-  
portantate ge-  
limandae vni-  
prus & Danieli  
ubi haec mihi  
tagessimum ha-  
rent, Cyrillum  
eratores sacra-  
nt; nam ubi  
& Nestorii res  
nillo addidit,  
publicaque  
morus fce-  
tatione histo-  
ed alii etiam  
promissimus  
odecim, non  
pertinentia,  
la, cui sub-  
praeterquam  
& istud bre-  
sed totius  
deo dicere, que  
to artificiosus  
ibus senten-  
r; quos ha-  
ndo patro-  
num, & si  
co quaestio-  
um Merca-  
tam modo  
cat, quam-  
ndam pra-  
o iudicio a  
itur ergo,  
cujus me-  
alexandriae  
ontifer.  
5 Ecclesia  
y qua Cy-  
erint, &  
s dici do-  
am, ante  
ii anathe-  
it Ponti-  
rretur ad  
in fit ex

Arte & metho-  
do quasi  
geometrica  
confectari-  
um.  
Theorema  
demonstran-  
dum.  
Duo lemmata.  
Ex quibus fa-  
cilius demon-  
stratio.

Gregorius Nazianzenus, Basilius & Nysenus omnes, præter unum, majorum Ecclesiarum & præfules; ex Occidente tres, ex Orientem totidem, quatuor ex Meridie: omnes sanctitate nobiles, quatuor etiam martyrii pro fide palma inelyti; sic enim ad certam voluit regulam examinari sua capitula, ut quibus nihil contingeretur, nisi, quod ubique, quod semper, quod omnes docuissent. Vide Vincennum Lirinensem ea de re suo more, id est, discrete, subtiliter, & pro veritate tractantem.

In communis. cap. 42. Observatio circa Patrum sententias.

Observa porro, testimonis Patrum adductis, Cyrillum non plures fere propositiones confecisse, quam quatuor. I. Quod Dei Filius vere sit factus homo. II. Quod idem sit, & non alius, Filius Dei, qui filius hominis; atque ita Deus ex muliere natus sit, dualque Verbum generationes habuerit. III. Quod Virgo sit Desipara. IV. Quod immortalis mortem pertulerit, & idem crucifixus qui adorandus: ex his enim quatuor aliæ omnes, de quibus agitur in anathematismis, facile efficiuntur, poterant vero & ipse quatuor ad unam Athanasii, quod Dei Filius, & deus factus sit homo, facile reduci.

Cur aliorum Patrum sententias Cyrillus non citat.

Quærit aliquis curiosus forte quam vitiosus, cur ex Antiochena synodo nullum Cyrillus, nullum ex Constantinopolitana Patrem laudaverit, cum tamen ex vtraque poster, eosque neque pauciores aliis, neque leviores, veritatis testes. Quæstioni non officiant Attici Amphilochoque testimonia, quæ in vulgatis conciliis Ephesini codicibus leguntur, addita enim creduntur: nam Lirinensis tribus post concilium annis scribens, decem tantum numerat Patres, numerumque mysticum videri vult. Cur, inquit curiosus ille, inter veritatis testes relatus non est a Cyrillo magnus ille Eustathius Antiochenus, unus e trecentis decem & octo Patribus Nicænis? cur prætermissus Joannes Constantinopolitanus? cur Articus Joannis successor? cur Ammon Adrianopolitanus, Severianus Galaborum, Amphilochoque Iconii episcopus? cur Antiochus Prolemaidis, & Vitalis, quorum testimonia proferuntur a Cyrillo in libro de recta fide ad Reginas? cur item anathematismi, vel Gregorii Thaumaturgi, vel Damasi papæ omisi sunt, cum tamen admodum similes Cyrillanis existant, ipsique pondus addere potuissent? De Gregorio Thaumaturgo expedita responsio est, anathematismos ipsius nomine editos alium habere auctorem, quod Bellarmino & Petavio videtur: de ceteris ne divinare quidem licet, cum res eiusmodi pendeat ex arbitrio producentis testes. Nam quod suspicioso nescio cui venit in mentem, Chyostomum non esse laudatum a Cyrillo, propter offensivis reliquias: postas mente, absurdum omnino est cum Cyrillus in libro ad Reginas Joannis testimonium adhiberit.

Observatio de aliis anathematismis conferendis cum Cyrillanis.

Proderit vero anathematismos, sive Damasi ad Paulum Antiochenum, sive Gregorii Nazianzeni ad Cleodonium, sive ascriptos Gregorio Thaumaturgo, sive consequentium conciliorum, cum Cyrillanis componere: inde enim admirabilis quedam de incarnatione Verbi, & Christi divinitate Theologia confici potest.

Qui repugnavit anathematismis.

Adversus anathematismos Cyrilli pugnavit primus omnium Nestorius, o. postis duodecim antirheticis: pugnarunt deinde Andreas Samosatensis & Theodoretus, quibus respondit Cyrillus: ipsimet Patres Ephesini catenus obtinuisse videri possunt, quoad expositio singulorum facta esset: pugnavit certe Gennadius, sanctissimus ille Con-

stantinopolitanus post Anatolium episcopus, quo tempore adhuc erat presbyter; quæstioque scribat, ut colligitur ex Facando: imò ad singulos respondit, verbis sane atrocissimis: Addendi Orientales omnes, qui & propter capita de finibus sententiam in Cyrillum tulerunt, & suis ad Imperatorem legatis potestatem pacificandi non alia conditione fecerunt, quam ut capita velut hæretica rejicienda totis viribus curarent, & post solum concilium Antiochie rursus ea prescriberent, & cum pacis conditiones proponerentur, tractanda contenderent, aut saltem obtinenda silentio. Postquam istud optavit, obtinuitque a Cyrillo turbam pertato, synodus ipsa Constantinopolitana, cui præsidebat Maximianus Nestorius suffectus, in quo vixit est ipsa quoque synodus parum æquis capitibus. Pugnavit denique Ibas, adhuc presbyter Edessene Ecclesie, in famosa epistola ad Marim Persam.

172. 179. 4.

Notandum vero, Constantinopolitanam synodum, quæ Maximianum ordinavit, pro Ephesina haberi posse, ut postea ostendetur, cum de hac ipsa agendi locus erit: nam in ea fuit legatus summi Pontificis Philippus presbyter; fuit & unus quoque legatorum occidentalis synodi Arcadius episcopus; unus Patriarcharum; qui solus catholice partis liber erat, Juvenalis: fuerunt & alii synodi œcumenicæ legati, majorumque Ecclesiarum antistites, cum reliquis Episcopis, qui tunc plures Constantinopoli reperiuntur, atque etiam ex vicinis civitatibus evocati. Quare, cum omnes illi de capitulis silendum censuerunt, nihil mirum, si dicatur Ephesina synodus tertiam quidem Cyrilli epistolam retulisse in acta, ut quæ lecta fuerit: solam tamen secundam pro regula fidei habuisse: quod cum certissime constat ex singulorum Episcoporum sententiis, diligenter notandum est homini, rerum ejusmodi studioso, tanquam opportunum ad plurimas quæstiones historicas solvendas.

Observatio de synodo Constantinopolitana.

Qui vivente Cyrillo capitula impugnaverint, quoque animo satis ostensum est, qui vero defendente, præter ipsummet Cyrillum tribus singularibus libris, & Marium Mercatorem, qui Nestoriana antirhetica evertit, nemo, quod sciam, a veteribus proditus est: neque id mirum, cum ea tempestate, animi nondum satis pacati perspicere non valent, quantum ab Apollinarianæ hæresi distaret hæreticorum confessio, quod omnium capitulorum principium est, & quasi radix.

Observatio de synodo Calchedonen.

Atque hæc causa videtur potest, cur in ipso quoque concilio Calchedonen, quod quinto ab obitu Cyrilli anno celebratum est, de tertia epistola tacitum sit, etsi videbatur tanto diligentius loquendum, quanto intolerabilis delirus ille monachus Eutycheus, Dioscorusque Ephesini latrocini dux, abuterentur.

Observatio de concilio Calchedonen.

Hic oritur quæstio, quo tempore capitula Cyrilli probata sint & recepta ab Ecclesia, velut canones fidei. Dum Mercatoris verba quedam exponemus, probata diximus in secunda synodo Romana, sed velut in radice tantum, id est, qua parte non differunt, nisi forma tenus, a professione fidei in secundis Cyrilli literis contenta: Sed quando recepta sunt ipsa per se & sua forma?

Quando anathematismi vim habuerint canonum.

Sunt qui opinentur, id contigisse, in ipsamet Ephesina synodo, cui adessent Ecclesie Romanæ legati. Ita profertur opinio sine firmamento, quod contradictorio, ut aiunt, judicio Joannes Antiochenus, qui propter capitula Cyrillum deponendum censuerat, damnatus sit. Quod aliud

An tempore concilii Ephesini Chryl. Lupus in lib. ad rem. Ephef. cap. 5.

dogma is decretum synodus non fecerit, cum fecisse tamen aliquod, tota credat Ecclesia. Quod Cyrillus, fidei sua rectitudinis testimonium perhibuisse, & Romanam Ecclesiam, & sanctam quoque synodum ex universo orbe congregatam, testetur. Quartum addi potest, quod Orientales obijerint catholicae synodo subscriptionem capitum, & Theodoretus ab universis accepta queratur, lbasque Ortohenis clericis negotium ea de re facessiverit.

Verum non multum ponderis hæc habent: nam, ut a postremo incipiam, Nestorianæ partis homines multa mentiti sunt, & hoc maxime, quod catholici cum Apollinatio sentirent, id vero apud ipsos idem erat, quod capitibus subscribere. Deinde, quod ait Cyrillus Imperatori scribens, de fide intellige dum est secundis literis contenta, & in secunda Romæ synodo probati, non item de capitibus post ejusmodi synodum confectis, ut aperte ostendimus. Tertio, decretum fidei nullum editum est in tota synodo, præter approbationem secundæ Cyrilli epistolæ, & rejectionem oppositæ Nestorii, ut constat ex singulorum Episcoporum sententiâ, totiusque actionis primæ lectione, & concilii quartæ quintive historia, in quibus lecta dicitur secunda hæc Cyrilli epistola, non item tertia. Denique, Joannes Antiochenus contradictorio judicio damnatus non est: qui enim potuisset homo, qui vadimonium contumaciter deseruit? Et ut esset, non idcirco tamen capitula forent recepta, sed rejecta: potius præceptis, injuriis, & illegitima auctoris capitum inauditi depositio.

Quando igitur primum vim canonum obtinuerunt, aliquando enim obtinuisse videtur innuere Gregorius magnus, cum scribit in exemplaribus Ephesini concilii Romanis atque Ravennensibus, nihil aliud contineri in definitione anathematis & reprobationis, nisi quod capitula beate memoriae Cyrilli reprobant. Verum hic Gregorii locus nihil admodum conficit: id

ynum enim significat, in præfatis codicibus non contineri vllum anathema in eos, qui assererent *Adæ animam in peccato non fuisse mortuam*, sed solos tantum Cyrilli anathematizatos: ex quo non video, qua ratione concludatur, recepta esse tunc temporis capitula veluti canones fidei. Quamquam aliunde id confici non abouerim, nempe ex eo, quod quintum sextumque concilium tunc admissum esset, quo in vtroque capitula recepta sunt.

Crediderim vero non ægre, ea tempestate acta Ephesina, quæ Romæ Ravenarumque haberentur, fuisse admodum mutila, nec aliud comprehendisse, quam quod Dionysius Exiguus in Latinum sermonem transtulit. Certe in codice Bellovacensi, quo vti sumus, nomine concilii Ephesini pauca hæc, quæ in præfatione generali recensuimus, quæque omnino rejecimus, comprehenduntur.

Quis porro primus epistolam Cyrilli Latinitate donaverit, incertum adhuc esse non potest, cum Mercator, ante ipsum quoque concilium Ephesium, anathematizatos; non longo post tempore, epistolam in Latinum sermonem verterit. Quare nihil habuit admodum cause Dionysius Exiguus, cur sexto seculo gloriaretur, se epistolam synodicam sancti Cyrilli Alexandrini pontificis de Græco in Latinum eloquium transtulisse, quæ tanti doctoris apostolica fides Græcè jam dudum bene comperita, sed ignorata Latinis hællenus, innotescat: ut Nestoriana lites evidenter agnoscat ab hominibus, & pro sua malignitate merito respuatur, quæ sub pretextu fidei perfidiam insinuare non desinit, & furore Judaico pariter & errore tranquillitatem catholice Ecclesie toto terrarum orbe diffusa turbare contendit. Nam ante Dionysium Mercator ex Græco in Latinum sermonem, sermore catholice fidei incensus, Nestorii Cyrillique epistolæ transferre curaverat, a fidelibus lingua sua fratribus cognoscendas.

Qui primus interpretes Latini epistolæ Cyrilli & anathematizatorum. in præf. ad Petrum 415.

Præf. in sermones & epistolæ Nestorii ac Cyrilli.

Observatio de acta Ephesini Romæ asseruatis.

Epist. 195. qua 3. libri sexti.

Nestorius petiit a Theodosio iudici concilium generale.



OSTENDIT Nestorius literis Joannis Antiocheni monitus est, allatum iri propediem epistolam Celestini, qua damnationis sententiâ in concilio Romano lata significaretur, nihil non molitus est, quo tantum malum capiti suo impendens averteret, nec efficacius vllum presentiusque remedium putavit, quam si obtineret ab Imperatore iudici generalem synodum, cuius ad iudicium omnia deferrentur, interimque ne nini quidquam attentare fas esset. Id ab Imperatore non ægre obtinuit, quippe quem, tum suis artibus, tum aulicorum potentia sedere posset, quam vellet in partem, & in istam præsertim, in quam & monachorum impulsu, suaque Constantini, magnique Theo-

dosi, qui ex orbe toto synodos coegerant, emulatione inclinabar.

Scriptis ergo Theodosius evocatoriam sacris Imperator ad omnes majorum sedium præfules, qua præfatus, religionis & imperii eam esse cognationem, ut verumque alterius successibus incrementa sumat, Reges Dei providentiâ hominumque sequestris, illius esse ministros, istorum ad vitam piam restantque duces. Et ecclesiasticum statum tum demum futurum, quem esse oportet, cum omnes omnium ordinum clerici, & novo culpæque vacaverint, & concordia consensuque juncti fuerint.

Mox jubet, adesse Metropolitans omnes Ephesi ad diem Pentecostes consequentis anni, & secum doctissimos quosque suæ provinciæ Episcopos adducere; tum synodi cogendæ causas

scribit Imperator ad majorem sedium antistites. 1. part. cons. Ephes. cap. 32.

Vu iij

DIS  
um episcopos, quo  
quælibet sermo  
imò ad singulos  
imis. Addendi O  
capita des  
erunt, & sui ad  
a pacificandi non  
n vt capita vel  
curarent, & post  
rursus ea p  
ones proponerent  
ant. Altem ob  
id optavit, ob  
teretlo; synodus  
redebatur. Ma  
uo, vlla est ip  
tibus. Pagnare  
essent Ecclesie,  
sam.  
opolitanam sp  
avit, pro Ephe  
derat, cum de  
n ea fuit lega  
esbyter; fuit &  
alis synodi An  
nim, qui solus  
lis: fidei &  
primumque Ec  
Episcopis, qui  
fuit, aique  
Quare, cum  
fuerit, nihil  
is certam qui  
a, vt que le  
ndam pio re  
illime congre  
tis, diligenter  
odi studio,  
s quæstione  
dignaverit, O  
qui vero de  
rtibus lin  
atorem, qui  
emo, quod  
se id mirum,  
facis pacati  
pollinariana  
fessio, quod  
quasi radix  
cur in iplo  
od quinto  
st, de ter  
atur tanto  
tolerabilibus  
oscorusque  
pitula Cy  
fia, velut  
a quædam  
sunda sy  
otum, id  
a tenus, a  
teris con  
te & sua  
An tempore  
concilio  
n ipsamet  
Romanæ  
namenta, Ep  
Joannes  
illum de  
odi aliud